



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1784

VD18 13322648

§. 58. Noaillius Cardinalis sensim saniora edoctus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

illorum Jansenistarum, qui fanatici, Sæc. XVIII.
 & figuristæ appellabantur, eo quod non- A. C. 1728.
 nisi in figuris loquerentur, & quic-
 quid in sua phantasia penitus depra-
 vata excoxerant, illud omne ceu ve-
 ritates minime dubias adorari postula-
 rent, cunctisque, qui eorum somniis
 fidem adhibere renuerunt, apertum
 bellum indicerent. Tam horrenda
 nempe monstra progerminat privati
 spiritus, schismatisque monstrum.

§. LVIII.

*Noaillius Cardinalis sensim saniora
 edoctus.*

Compertis hisce Quesnellistarum de-
 liriis Noaillius Cardinalis rubore
 suffusus, alte ingemuit, quod perversis
 aliorum consiliis deceptus, fanatico-
 rum ac rebellium factioni nomen de-
 didisset: manifestius adhuc eorum mali-
 tiam, & iniquas fraudum machinas
 detexerat, postquam ab ipso Regio
 Procuratore Generali, & Grandmo-
 tiar Ducissa ejus Nepte compererat, quod
 octo Episcopi Appellantes die septima
 Maij publico scripto adversus omnia in
 Embrodunensi Concilio decreta recla-
 marint, illisque, qui huic oppositioni
 subscripserant, ipsum quoque Noaillii
 nomen addiderint. Hoc intellecto Car-

Yy 2

dina

Sæc. XVIII. A. C. 1728. dinalis die decima nona Maij palam
 declaravit, „quod se incio, ac invito
 „nomen suum fuisset intrusum; ipse
 „enim hoc scriptum omnino deteste-
 „tur, & pro nullo ac irrito haberi ve-
 „lit, simul quoque declaret, quod San-
 „ctissimum Dominum nostrum Papam
 „Benedictum, quem jure merito sum-
 „ma veneratione prosequeretur, humil-
 „lime roget atque obsecret, ut ea pro-
 „ponere velit media, quæ ad finien-
 „das dissensiones & turbas, quibus
 „Gallicana Ecclesia agitur, magis
 „opportuna judicaverit; se enim in sub-
 „missione Sacræ Sedi debita & in com-
 „munionem Ecclesiæ & Pastorum supre-
 „mo Capiti unitorum vivere ac mori
 „velle, ac propterea se omnia scripta,
 „in quibus aliter, directe vel indirecte
 „sensisse, crederetur, solemniter revo-
 „care, & omnino velle, ut præsens
 „hæc declaratio pro authentico habe-
 „retur monumento sinceræ suæ volun-
 „tatis, in qua, Deo adjuvante, usque
 „ad extremum vitæ suæ halitum per-
 „severaturus esset.„ Quamprimum
 Cardinalis Fleuryus pia Noailii sensa
 perceperat, nulli pepercit labori, ut
 eundem Sacræ Sedi plene conciliaret:
 præprimis ergo die vigesima prima e-
 jusdem Mensis hæc ad illum perscripsit:
 „gaudeo vehementer de generoso Emi-
 „nen-

„nentiae vestrae proposito; jam ab ali- Sæc. XVIII.
 „quo tempore apprehendi, eam sibi A. C. 1728.
 „soli relictam saniora fovere consilia:
 „nuperam Eminentiae vestrae declara-
 „tionem die decima nona Maij factam
 „protinus Romam ad placandum Pa-
 „pam & Cardinales transmisi; sit ergo
 „persuasa, neminem me magis esse sol-
 „licitum ad procuranda ea omnia, quæ
 „ad veram ipsius gloriam conferre pot-
 „erunt &c. Has literas Fleuryus Con-
 „fluentium, ubi tum Noaillius agebat,
 „ad Chauvelinum Regii Sigilli Custo-
 „dem transmisit, ad quas etiam hic
 „perhumanum dedit responsum.

§. LIX.

Ejusdem Cardinalis Palinodia.

Interim Fleurius Cardinalis Noaillium
 ad officium reducendi spe animatus
 illum frequentissime invisit, cunctas-
 que, quas Hic cum magno verborum
 apparatu, & haud levi verosimilitudine
 opposuerat, tam dilucide ac solide con-
 futavit, ut vix non victas manus da-
 ret Noaillius: Nec Divinum lumen
 exoranti defuit miserator Dominus;
 serena enim mente perpendebat, quod
 octogenarius, viribus & morbis ex-
 haustus nil vicinius haberet, quam
 proximam mortis horam, æternitatem,

Yy 3 &